

Lodovicum de Wippera ipsis volentibus inbeneficiavi, quam Theodericus comes pro sua et uxoris sue anima eis contulerat. Quicquid vero reliquum pertinuit ad villam Ozedo, tradidi eis dilectionis instinctu. Preterea donavi eis pro villa Tuchin appellata tria talenta de censu in Ciza et pro villa Zulistorph unum de eodem censu, in villa, que dicitur Owa, 5 XLII scobrones pertinentes ad decaniam et curtim unam, in Wirwiza VIII mansos et dimidium, pro quibus idem fratres mihi sedecim mansos in Malina et x marcas dederunt. Delegavi quoque eis quedam beneficia quorundam fratrum meorum, que ipsi a me possederunt et fratribus tradi rogaverunt, scilicet Themonis prepositi beneficium Malinam cultam et incultam, Hartmanni VII mansos in Iusnize cum omnibus pertinentiis, in Groizschane II 10 et in Wza II, Heinrici sancti Nicolai capellam, Engelberti III mansos in Droglize, ex quibus III pater suus in memoriam anime sue et uxoris sue fratribus destinaverat, quartum vero ipse fideli servicio suo a me conquisierat. Quicumque se traditionibus istis opposuerit, qui secundo terciore conmonitus non resipuerit, a societate sancte ecclesie et a corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi se sciat alienatum et cum Iuda traditore 15 perpetua maledictione maledictum et damnatum, omnibus autem ecclesie Cizensi sua iura conservantibus conferat dominus indulgentiam et iustificationem et cum sanctis omnibus quietis et glorie beatificationem amen. Isti autem sunt testes. Adelbertus Portensis abbas. Reinoldus abbas de sancto Georgio. Gerungus Bozaugiensis^{b)} abbas. Bertolfus prepositus Nuenburgensis ecclesie. Theodericus decanus. Heynricus scolasticus. Drütwinus. Bero et 20 ceteri fratres eiusdem loci. Vdo Cizensis ecclesie prepositus. Bermarus decanus. Hartmannus vicedominus. Themo custos. Heinricus et ceteri fratres eiusdem loci. Sequuntur laici. Conradus marchio advocatus loci Cizensis. Frethericus de Horburch. Adelbero de Grohice. Martinus. Uolquinus. Heynricus et Hartwicus frater eius, alii quoque quam plures.

Data Cize anno dominice incarnationis MCXLVII, indictione x, idus aprilis, anno 25 autem ordinationis domni Utonis Nuenburgensis episcopi vigesimo III^{c)}.

(SJ.)

202.

Erzbischof Friedrich von Magdeburg bestätigt die von dem Stifter des Klosters Gottesgnaden gemachten Bestimmungen über die Vogtei des genannten Klosters. — Zeugen: Markgraf Konrad, 30 dessen Sohn Otto und Landgraf Ludwig. Magdeburg, 1147 April 16.

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Magdeburg. Wohl vom Empfänger geschrieben.

Gedr.: Ludewig, Reliquiae manuscriptorum 11,548.

— — Huius autem nostre sanctionis hi sunt idonei testes. Nostre ecclesie suffraganeus videlicet Reinardus Mersburgensis episcopus. Gerardus maioris ecclesie nostre 35 prepositus. Hazecho decanus. Otto Biueracensis prepositus. Widoldus prepositus de Hunoldesburch. Arnoldus abbas de Monte. Fridericus Hallensis prepositus. Marchio Conradus et filius eius Otto. Albertus marchio et filius eius Otto. Heremannus comes. Lodewicus

201. b) bozaugiensis bozaugiensis abbas. c) statt primo.